

Johann Nicolaus Quistorp

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis. Johannes Nicolaus  
Quistorpius Theol. Doct. ... Ad Sacrum Exequiale Manibus Sanctis Viri ... Dn.  
Johannis Krücken, Ecclesiastae templi Jacobaei Vigilantissimi ... Hodierno Die a  
Vidua Moestissima adornatum, Omnes omnium Ordinum cives Academicos ...  
invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1694]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771911009>

Druck    Freier  Zugang



Qvistorp, J. N.

in

J. Krücke n.

Rostock, 1694.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771911009/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771911009/phys_0002)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771911009/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771911009/phys_0004)

DFG

53.

PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS.  
**JOHANNES NICOLAUS QVISTORPIUS**  
Theol. Doct. ejusdemq; P.P. acad Div.  
Nicolai Pastor.  
SACRUM EXEQVIALE  
MANIBUS SANCTIS  
VIRI  
REVERENDI ET CLARISSIMI  
**DN. JOHANNIS KRÜCKEN,**

Ecclesiastæ templi Jacobæ Vigilantissimi,  
fidelissimique.

HODIERNO DIE

Viduâ Mœstissima adornatum,

Omnes omnium Ordinum crues Academicos officios,  
Gamanter invitat.

Rostochii Tvpis IOH. WEPPLINGII, Uniy. Typogr.



Uantis abs omnibus veri Dei cultoribus,  
& Christianæ Religionis strenuis adsepta-  
toribus , fideles Verbi Divini Präcones  
decorandi sint honoribus, verbis haud  
obscuris indicat Spiritus Dei, per Aposto-  
lum in tertium usque Cœlum raptum: Ro-  
gamus, inquit, & obtestamur vos Fratres, ut  
agnoscatis fidem operam Ministrorum Ver-  
bi, qui labores sa:ū graves sustinente in vobis  
ad iustitiam erudiendis, ut eos reverenter ha-  
beatis, Et tanto diligatis ardentius, quanto majus officium subeunt, & ad-  
ministrant salutis animarum vestiarum Curatores, quasi rationem pro  
iudicem reddituri. Gravissimæ huic Apostoli exhortationi, locum  
ut relinqamus in animis nostris, præter scripturam claris & di-  
fertis verbis docentem, Presbyteros officio suo rectè fungentes,  
inque verbo & Doctrinâ strenue laborantes, duplice honore di-  
gnos esse habendos; Exemplo suo nobis præeunt atq; prælacent,  
& Galata, qui Paulum sicut Angelum Domini, Legatum Cœlitus  
missum, promptissimis animis exceperunt: Et Thessalonicenses,  
qui prædicationem verbi suscepserunt à Paulo, non ut verbum ab  
hominibus profectum, sed sicut verè est, verbum ipsius Dei de  
Cœlo nobiscum loquentis: Et Antiocheni, qui Virum illum pliū  
ac probum Barnabam, Spiritu Sancto, & vera ac vivâ in Christum si-  
deplenum; item Paulum, cum singulari gaudio suscepserunt, do-  
strinam ipsorum tantâ cum promptitudine amplexantes, ut ex  
incredibili numero ad fidem conversorum, Antiochiae primum  
Christianisint cognominati: Et Carthaginenses, qui Victore teste,  
Eugenium Episcopum suum tanto favore, & amore prosecuti sunt,  
ut & singuli, modo fieri potuisset, animam pro salute ipsius ex-  
posuissent: Et famine Romana, quæ maritorum suorum svasu  
preciosissimo amictu induitæ, atque exornatæ, pro Liborio Episco-  
po suo in exilium ejecto, apud Constantinum Imperatorem inter-  
cesserunt, & ejusdem restitutionem impetrarunt. Si vero nos  
præfens, in quo nunc vivimus seculum, consideramus, cum Chri-  
sto verè quaramus, Narem illi ubi? Quot quælo debitam Sacer-  
dotibus, animarum suarum Curatoribus, Legatis Dei, Ministris  
Christi

Christi, reverentiam & honorem exhibent, qvot ipsos, ut veros  
voluntatis Divinæ præcones, ὡς θεοὶ τινεργοὶ, οὐ πεῖται τοις ζεῦσι, οἱ  
σικερόμενοι μυστηρίων θεοὶ sinceriter amant, sapienter aestimant? qv in  
potius ex adverso cernimus plerosque ipsorum fannis excipi,  
ludibrio exponi, obtrectationibus, & calumniis dehonestari,  
variè divexari; & modo Calvitiem, modo Comam, modo Capil-  
lamentum, modo stolam Pastoralem, imo simplicitatem, si non  
alia, falsè ipsis objici, ac tantum non pro communi fabulâ popu-  
li, in placulis popinis, tonstrinis, foris, vicis & cellis haberi.  
Quem Ministrorum Verbi Divini contemptum justo zelo vin-  
dicaturus est suo tempore Dominus; modo iidem opus faciant  
Evangelistæ, & semetipsos exemplum præbeant honorum ope-  
rum in doctrinæ, & vitæ integritate; ἀνεπίληπτοι, ἀτέγνωτοι,  
ἄμαχοι, καὶ ἀργύριοι μετ' ἀπειπόντας καὶ προστητοῦ, ἀνευ ὁργιλο-  
τητοῦ, πικροχολίας, αὐδα δίαις, αὐχενερδίαις, πλιστεζίαις, καὶ Φι-  
λαργυρίαις: Qvæ certè virtia, quantum impedimentum, ac remo-  
ram fructificationi verbi objiciant, quantum deniq; efficiant, ut  
doctrina ac nomen Domini blasphemetur, surdus & luscus sit  
oportet, qui hæc non audit, & animadvertisit. Docendi Autoritas  
perditur, quando vox opere non adjuvatur. Qui rectè docent,  
& impiè vivunt, illi quod sincera doctrinâ ædificant, malis mori-  
bus iterum destruunt; cœlum ædificant voce, vitâ verò infernum,  
linguam Deo, animam consecrant Diabolo, similes sunt fabris  
lignariis, qui in extirpatione Arcæ Noacho auxiliares operas præ-  
stiterunt, parantes aliis arcam, in quâ à diluvio fuere liberati,  
ipsi in diluvio perierunt. Optimè Hilarius inquit: optimum est  
exemplo potius docere, quam dictis. Et eleganter Lætanius: Ho-  
mines malunt exempla, quam verba, quia loqui facile est, præ-  
stare autem difficile, utinamque tam multi benefacerent, quam  
multi loquuntur bene? Cbrisostomum & sic differentem legimus:  
Qui bene federit super Cathedram, honorem accipit Cathe-  
dræ, qui male federit, injuriam facit Cathedræ: ideoque malus  
sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem,  
in iudicio enim tuo sedes, siquidem bene vixeris, & benè do-  
cueris, populum instruis: Si bene docueris, & male vixeris,

tui solius condemnator eris. Nam bene vivendo, & bene do-  
cendo populum instruis, quomodo vivere debeat, bene autem  
docendo, & male vivendo, Deum instruis, quomodo te debeat  
condemnare. Insolens est inquit *Nazian*: in carmine. Videre aber-  
rantem viæ ducem, & Medicum aliorum ipsum ulceribus sca-  
tentem. Monstrosa res est, dicit *Bernhardus*: gradus summus &  
animus infimus, sedes prima & vita imma, lingua magniloqua, &  
manus otiosa, sermo multus & fructus nullus, vultus gravis,  
actus levis. Qui jam hic rectam vitæ & officii viam insistunt, se-  
que Deo, & veris ipsius cultoribus per omnia probabiles reddunt;  
illi cum primis laudandi, & omnium bonorum hominum, qui-  
bus salus est curæ & cordi, amore digni sunt habendi. Talis  
per omnem vitæ suæ cursum apud internos confectum, fuit,  
si quisquam aliis, certè *Vir Reverendæ dignitate, Religiosa pie-  
tate, & infusa humilitate Clarissimus Dominus JOHANNES  
KRUECK* Templi Jacob Diaconus olim fidelissimus, Affinis atq;  
in R. Ministerio Collega Æstimatisssimus. Typus hic fuit Fidelium,  
in Λόγῳ, εἰ ἀναστοφῇ, εἰ πεύματι, εἰ πίστει: Αληθῶς Ισραήλιτης,  
εἰ φρόντιση καὶ νοήση. Cæterum ut pro more & consuetudine lau-  
dabili, paticis vitæ ipsius perstringamus stadium. In lucem hanc  
editus est *Hamburgi* Libera Imperii Civitate hodie decantatissi-  
mā. Anno post natum Christum M. DC. LII. Parentibus optimis.  
*Patre* qvidem *Speciale Integritatis Viro* DN. JOHANNE  
*KRUECK*. Cive hic primario, Fratris nostri BERNHARDI QVI-  
STORPII, Socero dignissimo, qui ultimum fere punctum annorum  
illorum, quos Moses Propheta hominibus constituit, egressus,  
vitæ satur in timore Domini bonam militans militiam superioris  
anni Octob: mensl. die undecimo, vitæ caducæ carceres relin-  
quens, in cœlestem Patriam placidè migravit, *Matre* MARIA von  
*ZEVERN* faminā maximè pia, & honestissimā. Avum Paternum ha-  
buit DN. PETRUM KRUECK, Mercimoniorum in primis Lan-  
rūm in Pomerania Magistrum longo rerum usu pollutissimum.  
*Aviam* v. matronam honestissimam SARAH von Hecken. Avum ma-  
ternum agnoscit Virum Speciatissimum JOHANNEM von Jütern  
Civem apud Hamburgenses primarium. *Aviam* ELISABETHAM  
Söllmans, fœminam lectissimam. Ex tam honestis & præclaris  
parentibus

parentibus p̄d defunctus noster prognatus. Successit mox ex regeneratione felicitas, per cuius lavacrum, ~~co~~lis inscripto nomine, in Corpus Christi transivit, societatemq; Ecclesiarum, quam credimus, & profitemur unius, sanctarum Catholicarum, atq; inde pretiosissimo AGNI, quem adorant Angeli, sanguine purgatus divinioris illius regenerationis ex aqua & Spiritu fructus percepit ineffabiles. Ingenii felicitate & bonitate ad optima quæq; præsertim ad Studia propensus, à Parentibus suis optimorum Praeceptorum institutioni privatim, & in Scholis trivialibus tumhic Rostochii, tum Stralsundii fuit commissus, sub quibus usque adeo profecit, ut jactis primis bonarum artium, & literarum fundamentis ad scholas Regias s. Academias, Consilio & svasu suorum ad benè cæptorum studiorum continuationem se conferret. Missus primò ad Academiam Wittenbergensem celeberrimam, & B. Lutheri Scholam Anno 1672. Abs Acutissimo quondam Theologo Dn. D. Meissnero Profess. Theologo Ordin. &c. hospitio & informatione exceptus est, quo Præside & in Theologicis sub abitum solenniter disputavit. Tenuit autem, & aluit ipsum hæc Academia Orthodoxa biennium cum dimidio, donec à Parentibus revocaretur, quis sedem rerum ac fortunaram suarum jam hic Rostochii fixerant. Redux nobis factus penitus se addicere cœpit divinarum literarum, & sacræ Religionis studiis, quod Parentum, & suo consilio, his se dum consecrasset. E Theologia Professoribus regiam ad sancta penetralia viam publicè illi commonistrabant Maxime Reverendi & Excellentissimi' p. m. viri de Academia & Ecclesiâ nostra optimè meriti Henricus Müllerus, & Michael Cobabus, privatim Eudem confirmabat Celeberrimus AUGUSTUS VARENIUS, Orthodoxæ Religionis propugnator, & Philologus incomparabilis, Praeceptor quondam & noster fidelissimus, quo Doctore per integrum biennium Collegium universale Theologicum, Biblicum, Systematicum, Positivum & Elenchicum, Historicum denique Ecclesiasticum, incomparabili ardore animi continuavit, & feliciter intra biennium absolvit. Eodemque Venerando Præside Ao. 1674. publicè in Cap. XII. & XIII. Deuteronomi Disputationem habuit. Hinc in Academiam Regiam Hajniensem Danorum se

constitulit, ibidemq; tempus per aliquot annos non ignavae contrivit otio, sed Professores in iis docentes sedulo & attentè audiendio, eousque progressus est, ut non tantum in intimorem familiaritatem Eorumdem, in primis vero *Facundissimi Theolog.* LASSENII, perveniret, sed hujus etiam consilio, in concionibus ad populum habendis sese diligenter exercret. Peracta autem & hanc peregrinatione Rostochium nostrum reversus est, homiliis & hic adeo inclaruit, ut, quum ad vacantem in *Ecclesia Aedis Jacobae* Diaconi functionem successor exquireretur *Amplissimi Senatus Rostochiensis* judicio Dn. JOHANNES KRÜCKI dignus vix fuerit, qui inter Candidatos publicè de suggestu audiendos, delectosque censeretur & sermone in *Templo Jacobeo* habitu audiretur. Qibus peractis ex singulari Dei providentiâ ad Diaconatum vacantem d. 5. Augusti Ann. 1684. legitimè vocatus, Examine usitato approbatus, ab *Illustrissimis Ducibus Meagopolitanis, Dominis nostris longè Clementissimis*, confirmatus. Ordinatus, pro more solenniter mox introductus est. Qvam functionem suam optimo successu fideliter obiit, & administravit. Conclaves suas, & scripturarum interpretationes non ex vanis cerebri sui commentis, non ex sordidis Scholasticorum lacunis, non ex ineptis quorundam Philosophorum tricis deprompsit; sed ex limpidiissimis *Israelis* fontibus hausit. Dexter certè fuit in docendo, apertus in monendo, in moribus gravis, integer in vita, in Religionis puritate propagandâ sedulus, in omnibus officiis partibus obeundis perquam diligens & industrius. Norunt hoc omnes, qui KRÜCKIUM neverunt, præsertim illi, quos assiduos habuit auditores, qui tam brevi tempore Pastorem hunc suum sibi erectum animitus dolent. Illud addam, ab uxoriâ conjunctione, qvâ *Gregorius VII.* torrium ille Acherons Sacerdotibus interdixit Dn. KRÜCKIUM non abhoruisse: junxit enim sibi matrimonio Fæminam Nobilissimam An. 1685. d. 19. Maij, tunc Virginem virtutum & sexus sui convenientium ornamenti plane egregiam CATHARINAM MARGARETAM, Viri Nobilissimi Amplissimi, Consultissimi Domini PETRI EGGERDES, Consulis Rostochii quondam fulgidissimi Filiam patu maximam. Neq; divina  
bc-

benedictione destitutum fuit auspicatissimum hocce Coniugium,  
ex illo enim duorum Filiorum PETRI JOHANNIS, & GOTHO-  
FREDI, ac unius filiae CATHARINÆ MARGARETHÆ Pater est  
factus, omnes superstites in orbitate constituti calidissimis lachry-  
mis, cum Matre foeminâ pientissima Parentis deflent obitum,  
Morbum fatalem enumerabit Vir Nobilissimus Experuntissimus,  
Excellentissimusq; Dn. JOHANNES ERNESTUS SCHAPERUS.  
Med.D. & P.P. famigeratissimus, Fautor atq; Collega noster honora-  
tissimus, ita v. ille: Anni currentis vigesimus terius Januarii agebatur,  
cum ad Beatum nostrum accersitus, ex adstantis mellissime ejus Conjugis  
jam eheu maximè contristatae vidue ore intelligerem, Eum Per aliquot dies  
de artuum ac totius corporis spontaneis lassitudinibus conquestrum fuisse, cum  
recurrente sepius sat magnâ Pblogosi, que tandem vigesimo ejusq; primo  
mensis die in eum intensum ferèque continuum degeneraverit. Hec  
irruentia tamen mala non obstitere, quin officio suo fungendi ardore in die  
catis d'ebus habita insimul Concione, sacra administraret, sed quantia  
corporis lassitudine describi id satis non poterat. Non interrupit binc  
serie irruentia mala viresque desicere, tandem persistens ager, ut abi-  
geret, ex meo consilio remedia quærebatur, que licet promptè assumerentur,  
sub ingressu tam n' meo observata statim collapsa facies, nasus acuminatus,  
oculorum orbitæ profundiores, partes que corporis exteriores ferè frigida  
da cum comitantibus sudoribus algidis & singulis frequenti exiguam reo-  
ficiuendi relinquebant spem, & febris petechialis suspicionem suppedita-  
bant, que matutis atro-purpureis etiam confirmabatur. Nihilominus  
hi indicatis occurribatur alexipharmacia, & iis, que proratione circum-  
stantiarū requirebantur, quaq; virium spirituumq; deficitum resarcire va-  
lebant, à quibus ritè assumptis initio quidem adstantibus meliorem fac-  
iem induere videbatur morbus, ut ipse etiam ager è morte ereptum se ju-  
dicaret; funestas tamen febris petechialis blanditas esse semper persua-  
sus, prob! confirmabar, cum pulsus sepius mutatus, urine suspecta alba  
aque cum imminentibus convulsionibus corporis funesta symptomata satis  
docerent, de ipso esse absum, id quod etiam mox insequetur, cum 27. Ja-  
nuarii omnibus viribus exhaustis succumbere cogere:ur, & inter adstantium  
preces & lacrymas placide eriperetur, maximum sui tristissimæ & lacry-  
mis ferè diffusæ vidue liberisque tristissimæ relinquens desiderium.

Tu

Tu E: qvi orphanorum & vidua-  
rum judex es, tuo hos fove patrocinio  
Tu benigne , terreni qvem amiserunt,  
Patris & defensoris supple vicem:

Cognovisti jam, Cives Academicí optimi, quale funus hodiè de-  
duatur simus. Ite E. viro optime merito, & infucato exeqvia:  
Ite honoratissimæ familie & in eā Eggerdesianorum Civitatis  
hujus olim luminum , tum & Rev. Ministerii causa, sed & nostra,  
qui rogamus , & vestrā, qvi vestri esse, & mortalitatis recordari  
subinde debetis, Corpus exanime horā primā in templo Jacobæo  
humabitur. Eò frequentes confluite, & funus honorifico comi-  
tatu segvimi: Cogitantes illud Gregorii, M. qvi, plus, dicit esse com-  
pati ex corde, quam dare. Exteriora enim largiens, rem extra se-  
met ipsum præbet: Qvi autem fletum & compassionem proxi-  
mo tribuit, ei etiam aliquid de semet ipso dat. Ita facite, per-  
fusi verè dixisse eundem Gregorium: Feliciter qvi in alterino  
funere medicando studium locat , quod in suo ador-  
nando remedium ferat,

P. P. Rostochii Sub Sigillo Rectoratus d. 6. Februarii,  
Anno M. DC. XCIV.



viva ho





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771911009/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771911009/phys_0014)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771911009/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771911009/phys_0016)

DFG

parentibus p̄e defunctus noster prognatus. Successit in regeneratione felicitas, per cuius lavacrum, eodis inscriptis mine, in Corpus Christi transivit, societatemq; Ecclesiæ credimus, & profitemur unius, sanctæ Catholicæ, atq; inde tiosissimo AGNI, quem adorant Angeli, sanguine purgatus nioris illius regenerationis ex aqua & Spiritu fructus perceperunt effabiles. Ingenii felicitate & bonitate ad optima quæque fertim ad Studia propensus, à Parentibus suis optimè Præceptorum institutioni privatim, & in Scholis trivium hic Rostochii, tum Stralsundii fuit communis sub quibus usque adeo profecit, ut jactis primis bonorum artium, & literarum fundamentis ad scholas Regias s. Academias, Consilio & favore suorum ad benè cæptorum studiorum continuationem se conferret. Missus primò ad Academiam Wittenbergensem celeberrimam, & B. Lutheri Scholam 1672. Abs Acutissimo qvondam Theologo Dn. D. Meier Profess. Theologo Ordin. &c. hospitio, & informatione existet, qvo Præside & in Theologicis sub abitum solenniter disp. Tenuit autem, & aluit ipsum hæc Academia Orthodoxa biecum dimidio, donec à Parentibus revocaretur, qvis edem re fortunaram suarum jam hic Rostochii fixerant. Redux noctis penitus se addicere coepit divinarum literarum, & Religionis studiis, quod Parentum, & suo consilio, his dum consecrasset. E Theologia Professoribus regiam acta penetralia viam publicè illi commonstrabant Maximus rendi & Excellentissimi p. m. viri de Academia & Ecclesia optime meriti Henricus Müllerus, & Michael Cobabus, præ Eundem confirmabat Celeberrimus AUGUSTUS VARETUS Orthodoxæ Religionis propugnator, & Philologus incomparabilis. Præceptor qvondam & noster fidelissimus, qvo Doctor integrum biennium Collegium universale Theologicum, Bibliicum matricum, Positivum & Elenchium, Historium denique classificum, incomparabili ardore animi continuavit, & ter intra biennium absolvit. Eodemque Venerando. Præceptore 1674. publicè in Cap. XII. & XIII. Deuteronomi. Disputatio habuit. Hinc in Academiam Regiam Hajniensem Dano

(3)

